



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae
Therinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1419

XXIX. Ad Victorem Giselinum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12434

*Scio: nisi mentis fidelem memoriam
Gratiæ, tibi quam spondeo.
Sic ipse vitæ dux nihil desiderat
Sibi referri gratiæ
Pro luce, qua Sol recreat mundum, sua:
Suis abundans gratijs.*

XXVII.

Ad Ioannem Cratonem

à Craßheim, Med. & Conf. Cæs.

*Scilicet igne, CRATO, purum spectatur ut aurum
Sic auro pariter quisque probatur homo,
Sed non est eadem ratio. purum excoquit aurum
Ille: sed impurus sæpius hoc fit homo.*

XXIIX.

Ad Victorem Giselinum.

*Vince malum, sed vince bono: neu crimine culpam
Vince magis: VICTOR sic potes esse bonus.*

XXIX.

Ad Ioan. Georgium, & Gu-

*lielmum, & VVolfg. Christophorum
à Rotenhan EQ. FR.*

*Ibitis ò Equites? celebremque videbitis oram
Tandem: cui nomen Francia vestra dedit
Quà vetus ostentat turres Aureli: quaque
Vrbs Paradis celsum tollit ad astra caput.*